



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Mercurius Mart. 24. Nov.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

738 VITÆ SANCTORUM. 24. Nov.
S. MERCURIUS MART. 24. Nov.

Audete milites: non excludit vos carum, si quam aliis vim etiam huic facitis. Fecit MERCURIUS, qui male Decio primum, sed bene post Christo militavit. Cum enim in ipsâ aeie de Angeli sui Tutelaris manu gladium accepisset, quo hostium bene magnam partem trucidaverat; non moratus est sub illo deinceps mereri, qui optimum stipendium certam victoriam numeraret, quam ille etiam contra Decium reportavit. Quid enim? Superi! quatuor palli alligatus, distractusque abstrahi tamen ad tyranni partes non potuit. Suspensum è capite saxum ipse pedes suspenitus, velut fascem suum generosus miles portavit. Sed neque ignes horruit, & plagas pro Christo etiam aversas adversas putavit. Exilium velut missionem accepit. Caput spiculatori velut Imperatori coronandum porrexit. Illud in primis memorabile, quod MERCURIUS operâ, etiam cum in cælo jam ageret, *Virgo Mater* sit uia. Nam ajunt D. Basilium ante *Virginis* effigiem Juliani impiatem accusasse, hanc capit is in tyrannum sententiam dixisse, & ad id ablegasse MERCURIUM; à quo ille confosius haustum è vulnera cruentum cum hac impia voce in cælum ejaculatus sit: *Viciss Galilæe:* rem omnem ab absente tunc Mar-

Nov. VITÆ SANCTORUM. 739
Martyris hastâ & prostridie cruentâ pro-
bitam esse. Atque hec puto etiam Soda-
bus aurem vellicabit, quæ semper M A-
REM audit, etiam nonnumquam eam
ad dicem esse. Ex Baron. & Metaphr.

Audes aperire os tuum, & in cælum ju-
menta atque blasphemias enittere? Eg-
o non times ne forte falx ignea; quam Prophé-
tus vidit, demoretur in domo tua, teq[ue] ex-
cidat, qui sic audes aperire os aduersus
Deum, in quem Angeli non audent oculos
injicere? S. Ephrem paræn. 43.

S. CATHARINA VIRG. & MART.
25. Novembris.

P Alladem Christianam damus, C A-
THARINAM inquam, fortissimam
virginem &c sanctorum Musarum di-
gnissimam Präsidem, non ægide aut ha-
stâ mendaci, sed rotâ fractâ & lacteo
gladio formosam. Ausa est hæc una ex
omni Alexandriâ Diis sacrificantein Ma-
xiimum interpellare, stultitiaeque pro-
palam arguere, quin captiva cum quin-
quagenis Philosophis pro Christo in
arenam descendere. Et fassili sunt tot viri
à virginе se victos, & in flammas abje-
cti, manus Deo, & palmam CATHARI-
NA dederunt. Illuc CATHARINA et-
iam Imperatricem, quæ ad vinclam invi-
serat, carcerique præfectum Porphyrium
cum suis præmisit. Ipsa ultima cum

Aaa 2

ty-